



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi

Puente, Luis de la

Coloniae Agrippinae, 1616

§. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42916

406 VITAE R. P. BALTHASSARIS
obdurare. Sed quādiu De^o humanis industrijs dat
locū, bonū consiliū est illas arripere, quæ maiori
celeritate ipsa ligna, cortices, & radices, disturbat
quæ quisq; in se sentit. Et sic respōsum est ad virū
que punctū insinuatū: pro Oratione q; cupis, vide-
ris bene tetigisse punctū, ut sc. importunè instes a-
pud Dominū, vt eā doceat; & nisi desiteris, extē-
pore obtinebis, q; optas: est enim donū Dei, quod
humilibus datur.

§. III.

SED quoniā aliqui, dū humilitatē sectātur, in-
cidunt in pusillanimitatem, subīciā hic alia
Epistolā ad aliū P. Societatis, qui ad ipsum P. Bal-
thassarē scripserat, se valde abiecto esse animo ob-
suos proprios defectus: quorū causa existimabat
Deū prōcul à se recedere: quāuis subiecit, se non
posse sibi persuadere, q; se Deus tā diu subtraheret,
anxiè ipsum querenti: quod eū non amaret; sed vi-
sic ille imbecillitatē suā agnosceret; aut vt eius fi-
delitas verē probaretur. Ex quibus vltimis verbis
occasionē accepit P. Balthas. ad hæc illi scribēda.

O quām fuerunt mihi grata dulcia q; illa verba,
cū omni sua deduictione! Cūm illud audiui, intrā
Salmen. me ipsū dicebā: adhuc qui hoc habet, solatiū ha-
tice. 8 bet; & qui talē gloriā dat Deo, solidū quid habet in
Apr. 1576 eo, q; offert. Apud me certū est, Deū esse tecū, &cō
,, placere sibi in tuis obsequijs; & cum ijs omnibus,
,, qui veteri vita deposita, nouam amplectuntur, quē
,, est secundū diuini spiritus veritatē, eo modo quo
,, possunt: etiam si mille imbecillitates, & plures er-
,, rores, quām sint capilli, admisceantur: Verum est
,, quidē, non oēs hoc agnoscere: ideoq; aliud est, il-
,, lud sentire; aliud, habere: distantq; hæc à se inui-
,, cem, sicut Coelū à terra. De duobus illis discipulis
,, iā lapsis in die Resurrectionis euntib, in Emmaus a-

l.Lucas, quod ibant cū Christo D.N. & quod oculi " tenebantur, ne eū agnoscerent. Ibat Christus cū illis, & tamen sine eodē se esse existimabant: & sic " ambulantes ad locū peruerunt, ubi deceptio est " reiecta. Sed & illi, & reliqui oēs eis similes in ipsa " via experiūtur eius præsentia, & locutionis indi- " cia, si attentē obseruent, quid interiū in ipsis aga- " tur: in ardoribus cordis, in Sacrā scripturarum " intelligētia, & in monitis suā reformationis. Dic " igitur mihi, in quo differat ab hac gratiā illa, quā " in tuo corde sentis, & alij similes sentiūt, cūm su- " perte, & illos fluunt interna monita rerū omniū, " que sunt facienda, etiā inutissimārū; & repre- " hensionū, cūm vel ad vñ capillū receditur ab e- " ius interiori instructione: quib. monitis veluti di- " gitō quodā indicātur, quæ sint sequenda, quæ to- " lerāda, quæ fugiēda, & quibus resistendū? & super " oēs has curas, & labores grauiissimē ferunt inter- " nū sensum, ex eo q̄ neq; ipsi seruiat Deo, nec alios " seruire videant, prout ipsi dignū ipsū esse, & se te- " nerī intelligūt. nū ille dolor nō est inflāmatio que- " dā omnino est. Si igitur ignis nō adest, quis illā ef- " ficit? quod si non est ab ipso Deo, quomodo in eius " amorē inflāmat: hēc illa est facultas, in qua a qui " a Ecc. 10. addit scientiā, addit & dolore; & hēc tribulatio, quā " sentiunt oēs, qui verē, ac serio Deo seruūt; efficit- " que vt dies cū noctib. iungant clamantes ad ipsum. " Quidā dixit, & oēs experientur: b tribulationē & " b Ps. 114. dolore inueni, & nomen Domini inuocau. In qua non " illos deserit, ait enim: c cū ipso sum in tribulatione; " c Pal. 90. sed potius illos comitatur, confortans & suspen- " sans eos inuisibiliter, ne pondere pressi, incur- " ventur: & experientia illos docet: tādiu se con- " sistere, nec amplius, quām ipse illos sustentet. Sfā " igitus
C. 4

d. Pe. 1. 5., Petri Apostoli: d. *Qui in virtute Dei custodimini,*
 „ igitur: quia ipse illos stantes tenet, iuxta illud
 „ Eosdē etiā impellit ad clamandū in tribulazione,
 „ vt auxilio ipsius emergant, & proficiant: Deus v-
 „ rō inuocatus honoretur, non deserētibus iphis vi-
 „ suā ob Martyriū, in quo gemunt, vt S. August. per-
 e Ps. 49. „ pēdit, cūm explicat illud Psalmi: e inuoca me in die
 15. „ tribulationis, eruā te, & honorificabis me Antiquo il-
 „ lo mundi Spiritu, quē antea habebant, in eundem
 „ mundū, & quidquid in eo splendebat, propende-
 „ bant; recenti autē, quem nunc experiuntur, senti-
 „ unt, se ad Deū inclinari, & affliguntur eō quōd nō
 „ possint eidē, iuxta votum suū, placere. Vnde igi-
 „ tur hæc mutatio illis prouenit, nisi à novo spiritu,
 „ qui in eos venit? In quorū corde hoc facit Spiritus
 f Rom. 5. 5., Domini, quod in corde iphius met Dei: quod incli-
 „ nat ad se ipsum. Spiritus hic est Sāctus ille, de quo
 g 1. Ioā. 4. „ Apostolus: f *charitas Dei diffusa est in cordibus no-*
 „ „ *sris per Spiritū S. qui datus est nobis;* & S. Ioannes
 13. „ „ *g in hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus & ip-*
 „ „ *in nobis quoniam de spiritu suo dedit nobis.* Statuas-
 „ pud te, in hac gratia cum humilitate admittenda,
 „ nullū subesse periculum sed placitum te Deo, si
 h 1. Pet. I. „ id feceris iuxta verbum S. Petri: h *sperate in eam,*
 „ „ *que offertur vobis gratiam, in reuelatione Iesu Chri-*
 „ „ *sti.* Ac duplicatum te lucrum reportaturum in ob-
 „ sequio diuino, per hanc fiducię viam quam per in-
 „ credulitatem, quam haec tenisti. In quo té-
 „ pore ausim dicere aptari tibi potuisse reprehēsiō-
 „ nē illam, qua Christus D. N. duos discipulos eun-
 i Lus. 24. „ tes in Emaus increpauit, cūm dixit: i O stulti
 25. „ tardī corde ad credendū. Et quoniam in ultimis tua-
 rum literarum verbis incipiebas viā aperire fidei
 „ scripturarū diuinarum, & veritati promissionum

Ca;

Dñs

de; vechem éter sum ex eis exhilaratus. Deus te cō-
pletur; sicut ego cōsolationē habeo de via tua; & cō-
scut est in ipso, iuxta illud: k hæc locutus sum vo-
k Iohann. 15, 18.
lo, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium ve-
rum impleatur. Gaudium plenum vult Deus in
erois suis: hæc enim vis est illa, qua curritur per
nam mandatorum eius. Ne autem suspectam rem
habeas, quasi tantus fauor, ac deliciæ, à gradu, &
forte tua sint alienæ: legas S. Augustinum in hunc
locum. Et ne mearum necessitatum obliuiscaris:
nam ego tuarum sum valdè memor. Nec plura:
quām quòd fuerim valdè prolixus erga eum, cum
quo Deus tam diu colloquitur. ille sit in anima
tua, totusq̄ue eius amor. Amen.

CAP V T XXXV.

FACTVS EST R E C T O R C O L-
legij Villa-Garciensis, ubi plurimum iu-
nit D. Magdalena Melloiam eius Fun-
datrix ad grandia illa, quæ in
Dei obsequium fecit.



B S O L V T o triennio sui of-
ficij Salmanticæ circa finem an-
ni 76. constitutus est P. Balthas-
sar ex Urbe Rector Collegij A N N O
Villa-garciensis, & Magister 1577.
Nouitiorū, qui eò commigra-
bant: eò quòd videretur locus
illis commodior: & quia Domus Metivensis non
capiebat omnes; & quia in Prouinca adeò ampla,
atque est hæc Castellana, opus erat duabus domi-
bus

Cc 5